

LECTORIBUS MINIMIS.

Pater et filius.

— Denique¹ domi es, mi fili. Totum fere annum domo afuisti. Sed hoc tempore mores² tui non sunt meliores facti, immo rustici.³

— Semper observavi, quae mihi imperabas, mi pater.

— Tamen nonnulla vidi in te, quae mutanda⁴ sint.

— Quenam, carissime pater?

— Quoties⁵ te quispiam⁶ alloquitur, cui honorem⁷ debes, sta rectus, aperi⁸ caput,⁸ vultus⁹ tibi nec tristis, nec impudens¹⁰ sit, sed hilari¹¹ modestiā¹² temperatus;¹³ oculi¹⁴ verecundi,¹⁵ semper intenti in eum, cui loqueris, iuncti¹⁶ pedes, quietae manus.

— Haec observabo, mi pater.

— Nec mordeto labrum¹⁷ vel ungues,¹⁸ nec scabito¹⁹ caput, nec fodito²⁰ aures. Aliud quoque est, quod in te reprehendo.²¹

— Quid est, pater optime?

— Vestis tua semper pura sit, qualem nunc non video.

— Siccine²² satis?

— Nondum. Istud tene,²³ ne sis inepte²⁴ loquax²⁵ aut praeceps;²⁶ nec vagetur²⁷ animus interim. Si quid erit respondendum, id facito paucis ac prudenter, praefatus nonnunquam honorem.²⁸ Nunc age,²⁹ specimen³⁰ aliquod huius rei nobis praebe.


— Equidem libenter.

— Addendum³¹ erat:³¹ mi pater.

— Memoriā tenebo, etiam si domum pace³² tuā reliquero, optime pater.

— Cum loqueris, distincte clareque profer³³ verba tua. In convivio postremus omnium admoveto³⁴ manum patinae;³⁵ edito, bibito modice. Arride³⁶ loquentibus; ipse ne quid loquaris, nisi rogatus. Esto comis³⁷ etiam erga pauperrimos. Ita sine invidia laudem invenies. Vide, ut horum³⁸ memineris.

1 végre 2 magatartás 3 közönséges 4 változtat
5 ahányszor 6 valaki 7 tisztelet 8 a kalapot vedd le
9 arkifejezés 10 szemtelen 11 vidám 12 szerénység
13 mérsékel 14 tekintet 15 tisztességes 16 összetett
17 ajak 18 köröm 19 vakar 20 piszkál 21 kifogásol
22 így hát 23 tartsd (eszedben) 24 illetlenül 25 beszédes
26 elhamarkodott 27 kalandoz 28 cím 29 lássuk
30 példa 31 hozzá kellett volna adni 32 engedély 33 ejt
34 nyújt 35 tál 36 mosolyog 37 nyájás 38 ezekről



Anguis et lemur.¹

Quidam Europaeus, qui venandi causā in Indiam profectus est, aliquando in propatulo² aedium coenavit. In gradibus propatuli vidit animal exiguum serica³ pelle,⁴ quod in India «mongoz», a viris doctis lemur nominatur. Est pusillum⁵ genus simiarum.⁶

Venator noster bellaria⁷ dedit bestiolae, quae ea avidè devoravit.⁸ Inde hospes quotidianus propatuli brevi tempore tam cicur⁹ factus est, ut cibos iucundos¹⁰ sine ullo timore e manibus Europaei ederit.

Hic noster quondam aegrotans lecto tenebatur et somni plenus servos fores¹¹ aperire tum exire iussit, ut dormire posset. Servi paruere et aeger iam somno opprimebatur, cum vastum¹² anguem ad lectum repere¹³ conspexit.

Attonitus primum se¹⁴ erigere¹⁴ voluit, sed tam infirmus fuit, ut ne¹⁵ clamare quidem¹⁵ potuerit.

Interea anguis lente repens aegrotum fere attigit. Iam tollit caput. Homo extremum¹⁶ vitae momentum¹⁶ sibi adesse ratus, cum in¹⁷ summo¹⁷ discrimine¹⁷ bestiola parva, hospes quotidianus apparuit.

1 kis majomfaj 2 pitvar 3 selymes 4 bőr 5 apró
6 majom 7 édesség 8 lenyel 9 szelid 10 jószívű
11 ajtó 12 hatalmas 13 csuszik 14 fölemelkedik
15 még... sem 16 utolsó pillanát 17 végső veszedelemben

— Dabitur³⁹ opera,³⁹ mi pater. Numquid aliud iubes?

— Adito⁴⁰ nunc libros tuos.

— Fiet.

Verba publica.

Non ex quovis⁴¹ ligno⁴² fit Mercurius. — Non inultus⁴³ cado. — Non liquet.⁴⁴ — Non multa, sed multum. — Non numeranda, sed ponderanda⁴⁵ argumenta.⁴⁶ — Non omnia possumus omnes. — Non plus ultra.⁴⁷ — Non quam diu, sed quam bene⁴⁸ vixeris, refert.⁴⁹ — Nosce te ipsum. — Nuda veritas. — Nulla dies sine linea. — Nulla regula⁵⁰ sine exceptione.⁵¹ — Nullum est iam dictum, quod non sit dictum prius. — Nunquam retrorsum!⁵²

³⁹ iparkodik ⁴⁰ hozzámegy ⁴¹ qui-, quae-, quodvis bármely ⁴² fa (nem minden sikerül) ⁴³ bosszúlatlan ⁴⁴ világos ⁴⁵ mérlegel ⁴⁶ érv ⁴⁷ (azon) túl [nincs ennél külön] ⁴⁸ helyesen ⁴⁹ határoz ⁵⁰ szabály ⁵¹ kivétel ⁵² visszafelé.



Pannonia, circulus¹ remigandi¹ iam ad exercitationes aggressus² est. Bis in³ singulas³ hebdomades³ sodales conveniunt, quia

Cum pusillus lemur anguem conspexisset, odio inflammatus eum adoritur. Et — res mira — serpens vastus adeo perterritus est, ut se defendere vix ausus sit.

Venator rem perspicere¹⁸ non potuit, quamquam simplicissima est. In India enim notissimum est lemurem illum infestissimum esse anguibus, qui singulari¹⁹ quodam naturae consilio bestiolam timent. Et anguis ille brevi tempore in pavimento²⁰ cubiculi²¹ exanimatus²³ iacuit.

Ex hoc tempore venator Europaeus et bestiola parva optimi amici facti sunt: homo omnibus bonis affecit lemurem, qui dominum nunquam reliquit.

Sabariae.


I. Huszár.

¹⁸ megért ¹⁹ sajtáságos ²⁰ padozat ²¹ szoba ²² élettelen.

solito⁴ maior opera⁵ adhibenda⁶ est, ut hoc anno tertium pro praemio Hamburgensi prospere certare possint.


Assmann octavae legionis⁷ velitum⁸ succenturio⁹ soleis¹⁰ ligneis¹⁰ per nives excurrentis malum maximum nanciscebatur: altera enim solea lignea venter transfixus est. Milites in exsanguem,¹¹ frigore¹² confectum¹² incurrerunt.¹³

¹ evezősklub ² megkezd ³ hetenként ⁴ a szokott-nál ⁵ működést ⁶ kifejt ⁷ ezred ⁸ vadász ⁹ hadnagy ¹⁰ ski ¹¹ véres ¹² megfagyott ¹³ bukkan.



GEOGRAPHICA.

Sinense¹ imperium non totum cingitur muro grandi, soli fines septentrionales,² nihilominus³ moenia 2450 chiliometra longa sunt validissimum propugnaculum⁴ orbis terrarum, quod unquam aedificabatur. Iam saeculo III. a. Chr. murus exstructus esse fertur. Ab occidente incipit et inter campos et regiones desertas⁵ versus orientem solem patescit.⁶ Prope Pechingum, quod est caput imperii, altus ad undecim metra et crassus septem metra dimidiumque est. Ex quo




domus Mandzsuanae imperatores sunt — tertium iam saeculum, — murus nullius⁷ momenti⁷ factus, exceptis partibus exiguis,⁸ ruinae datus est. — Murus longior est, quam iter Budapestino usque Londinium.

¹ Kinai ² északi ³ mindazáltal ⁴ védőmű ⁵ puszta ⁶ terjed ⁷ értéktelen ⁸ csekély.




Anni superioris die IV. Cal. Ian. aërobaticum,¹ cui nomen Hildebrand inditum erat, cum vectoribus² duobus subvolavit. Ex eo tempore de aërobatico vectoribusque eius silentium erat. Nunc in Pomerania, in lacu Gehrndeniano machina cum duobus vectoribus mortuis inventa est.

¹ léggömb ² utas.



Habent sua fata picturae. Quod vel optime demonstratur picturā, quam pinxit Franciscus Millet, Gallus. Artifex enim *Angelum* — hoc est nomen tabulae — anno 1870 sex millibus francorum rei publicae Gallicae venditavit; sed propter bellum imminens repudiata, 2500 francis venit privato cuidam, a quo Wilson 20.000 francis emit. Anno 1883. ad Secrétanum quendam pretio 150.000 francorum pervenit; post sex annos quingentis quinquaginta tribus millibus francorum ab Artificum Societate Americana emebatur.




Ernestus Cassel, Britannus ditissimus valetudinario¹ cuidam Britannico radii² gramma quindecim millibus sterlinis³ emit a re⁴ publica⁴ Austriaca, quae emptori remissionem⁵ centesimarum⁵ denarum⁵ fecit.

Vigiliae⁶ Nocturnae⁶ est musei Amstelodamensis⁷ pictura clarissima, quam arti-

ficum princeps, Petrus Paulus Rubens anno 1642 quinque metra longam, quattuor latam pinxerat. Hanc picturam coquus⁸ navalis,⁸ nomine Sierist, qui missus⁹ factus⁹ est,⁹ ultionis¹⁰ cupiditate¹⁰ incensus,¹⁰ cultro¹¹ concidit.¹² Iniuria,¹³ quam homo nequissimus artis¹⁴ operi¹⁴ intulit,¹⁵ deo¹⁶ favente¹⁶ levis¹⁷ est. Servi maleficum repugnantem¹⁸ vix coërcere¹⁹ poterant, ut postea in custodiam²⁰ daretur.

Artis Iaponicae²¹ opera Budapestini propalam²² collocata²² ab omnibus, qui ea videntur, maxime probantur. Picturae porcellanicae, opera aurea, atque acū²³ picta²³ sculpturae eburneae²⁴ lignaeque, scirpeae,²⁵ tabulae volubiles²⁶ (quae ipsorum linguā cachemono nominantur) atque alia huius generis admiratione prorsus digna sunt. Res publica Iaponica imagines virorum de patria optime meritorum proposuit, quae ad usum scholae mirā quadam arte picta esse videntur.

Albertus, Monoecii²⁷ princeps rei²⁸ publi-



cae²⁸ statum²⁸ nuper ordinavit,²⁸ postquam 24 annos suo²⁹ arbitrio²⁹ regnavit.

U. III. erat nomen navigii³⁰ subnatan-tis,³⁰ quod in Germaniae portu Chiliano³¹

¹ kórház ² radium ³ font sterling = 24 korona
⁴ állam ⁵ 100% engedmény ⁶ Éjjeli Ország ⁷ amsterdami
⁸ hajószakács ⁹ szolgálatból elbocsát ¹⁰ bosszúvágyból
¹¹ culler kés ¹² összevág ¹³ kár ¹⁴ műremek
¹⁵ okoz ¹⁶ hála Istennek ¹⁷ csekély ¹⁸ ellenszegül
¹⁹ lebir ²⁰ fogság ²¹ japán ²² kiállít ²³ himzett
²⁴ elefántesont ²⁵ fonott munka ²⁶ felgöngyölhető
²⁷ Monaco ²⁸ alkotmányt ad ²⁹ önkényesen
³⁰ tenger_alatt járó hajó ³¹ kiel

aquā mergebatur.³² Triginta ministri³³ navales,³³ quia oxygenium suppeditabat,³⁴ facile servari poterant. Ad reliquos tres servandos, qui in turrim se receperant, navigium levatum³⁵ est; sed auxilium tarde venit, quia nautae spiritu³⁶ intercluso³⁶ perierunt.³⁶

In actis³⁷ diurnis³⁷ Britannicis mentio³⁸ versabatur³⁸ de adamante,³⁹ arte facto. Britannus quidam adamantem confecisse affirmatur, quem nonnisi periti a naturalibus discernere⁴⁰ possent. Adamantis facticii⁴¹ durities nonagenas octonas centesimas⁴² veri habere fertur.

Diluvium⁴³ nominatur aetas recentior terrae nostrae. Ex hac aetate ossium⁴⁴ reliquiae raro inveniuntur. Tales erant, quae in quibusdam Galliae partibus (Dordogne) iuxta Rhenum, prope Düsseldorfum in Germania (Neandri Vallis), Crapinae in Croatia etc. effodiebantur. Novissime aliquot viris doctis Hungaris auctoribus⁴⁵ in caverna,⁴⁶ quae vocatur Balla, in comitatu⁴⁷ Borsod ossa pupuli⁴⁸ reperta sunt, quae tot millia annorum ibi iacebant. Haec ossa diluvii sunt prima, quae in patria nostra inveniebantur.

³² elsülyed ³³ hajóslegény ³⁴ elegendő volt ³⁵ kiemel ³⁶ megfűl ³⁷ hírlap ³⁸ említés történt ³⁹ gyémánt ⁴⁰ megkülönböztet ⁴¹ mesterséges ⁴² százalék ⁴³ özönvíz kora ⁴⁴ csont ⁴⁵ vezetésével ⁴⁶ barlang ⁴⁷ megye ⁴⁸ gyermek.

nonnisi⁸ tunc se⁹ contulit,⁹ cum ibi de rebus cognoscendo dignissimis agebatur,¹⁰ seu cum ludi aut certamina edebantur, e quibus incredibilem semper percipiebat voluptatem. Post lavationem antemeridianam animo corporeque recreatus¹¹ atque juvenilem quandam speciem prae¹² se¹² ferens¹² balneum relinquere solebat.


Ad alias ingenii virtutes accedebat¹³ cultus¹⁴ nitidissimus,¹⁴ urbanitas atque iudicium eius in unaquaque re exquisitum, quapropter non solum ab aequalibus aestimabatur atque iure *arbiter*¹⁵ *elegantiarum*¹⁵ vocabatur, sed etiam inter paucos familiares Neronis adsumptus est, qui nihil probabile¹⁶ amoenumque putabat, nisi quod ei Petronius suasisset . . .

Nunc quoque in balneo suo duo robusti iatraliptae,¹⁷ prompti paratique expectaverunt dominum, ut corpus eius fessum unguendo¹⁸ reficerent.¹¹ Mox intravit Petronius unctorium,¹⁹ ubi in lecto cupressino²⁰ et toralibus²¹ pretiosissimis constrato²² recubuit; ministri²³ unguento oleoque eum confricare²⁴ coeperunt. Petronius brevi recreatus oculos aperiens ex servis primum de tempestate sciscitatus²⁵ est, deinde de gemmis²⁶ — quas Idomenus gemmarius²⁷ ad diem hodiernum ei promiserat — requisivit. Coelum serenissimum, aër ventis tepentibus²⁸ iucundissimum erat, at gemmae nondum allatae.

Petronius denuo operiens oculos, se in tepidarium²⁹ transferri iussit. Sed vixdum

Quo vadis? I.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.



Petronius, ut consuevit,¹ sub meridiem fessus² somno experrectus est. Pridie³ eius³ diei³ ad⁴ multam⁴ noctem⁴

intererat convivio, quod Nero magnifice splendideque comparaverat. Inter coenam facetiae⁵ ineptissimae⁵ agebantur, quarum Petronius etiam nunc taedio⁶ meminerat.


Vix expectare poterat, ut in balneo suo lavatione taedium hesternum ex animo pelleret. In thermas,⁷ munificentiam Caesarum aedificatas singularique luxu exornatas,

¹ consuesco szokik ² fáradt ³ megelőző napon ⁴ késő éjszakáig ⁵ bolond tréfák ⁶ undor ⁷ nagy fürdő ⁸ csakis ⁹ ment ¹⁰ tárgyal ¹¹ felfrissít ¹² feltüntet ¹³ hozzájárul ¹⁴ előkelő ruházkodás ¹⁵ az előkelőség hangadója ¹⁶ helyeselhető ¹⁷ masször ¹⁸ ken ¹⁹ masszírozó-szoba ²⁰ ciprusfából való ²¹ terítő ²² consterno betakar ²³ szolga ²⁴ masszíroz ²⁵ tudakozódik ²⁶ ékszer ²⁷ ékszerész ²⁸ langyos

²⁹ E terv mutatja egy pompeii magánház fürdőjének alaprajzát: *a* bejárat, *b* a fürdőszolgák tartózkodóhelye. *A apodyterium*, a vettközhely, *B* kisudvar, melyben *c* (piscina in area) hideg fürdőmedence volt. *C* a tepidarium, egy paddal a sarokban, hol hősiünk barátját fekvé fogadta; *D* caldarium, melegítő, kerek oldalán a sudariummal (izaszasztó), vele szemben a négyzetű alveus a melegvízű medence; *d* víztartó; *e* a vízmelegítő gépezetet igaz-



haec dixit, cum aulaeo³⁰ tepidarii remoto³¹ nomenclator³² cubiculum intrans nuntiavit adesse salutandi causa M. Vinicium, egregium iuvenem, qui nunc ipsum³³ ex Asia



advenit. Petronius Vinicium in tepidarium intromitti iussit.

Vinicium filius erat sororis Petronii, quae Marco seniori, viro consulari³⁴ nupta³⁵ erat. Marcus minor sub signis Corbulonis in Asia adversus Parthos feroces bellabat et nunc bello finito in Urbem revertit. Petronius cognatum mirifice dilexit, non solum quia iuvenis formā vultūque conspicuus³⁶ erat, sed praecipue propter moderationem³⁷ quandam, quam in omnibus fere rebus adhibebat.³⁸

— Salve Petroni! — dixit iuvenis certo gradu tepidarium ingressus — perpetuā te felicitate florere iubeo, sint tibi dii propitii!³⁹

— Te quoque salvum esse iubeo amice! Dulci iucundoque otio nunc Romae bello confecto perfruaris!⁴⁰ — respondit Petronius manus velamento⁴¹ molli extendens et iuveni porrigens. Quid novi in Armenia? Fuistine in Bithynia quoque in itinere, per Asiam factō?

Petronius nunc quidem dies per somnum, noctes autem oblectamentis transigebat, at olim proconsul⁴¹ Bithyniae vigentem⁴² se ac

gató szolgál tartózkodó helye, benne márványasztal, szemben az emeletre vezető lépcső; *f* frigidarium, hidegvízmedence és *g* a langyos víznek, *h* meleg víznek való űst; *i* a kemence.

³⁰ függöny ³¹ félrehúzó ³² a bejelentő szolga ³³ éppen ³⁴ egy volt konzul ³⁵ nubo férjhezmegy ³⁶ kiváló ³⁷ mérséklet ³⁸ feltüntet ³⁹ kegyelmes ⁴⁰ élvez ⁴¹ helytartó ⁴² serény

parem⁴³ negotiis⁴⁴ ostendit, ideoque nunc recordatio rerum actarum ei iucundissima erat.

Vinicium ergo, quia avunculus⁴⁵ cupidissimus erat audiendi, quae in Bithynia ex eo tempore evenissent, multa de bello aliisque rebus a se et Corbulone gestis enarrabat.

⁴³ megfelelő ⁴⁴ ügy, hatáskör ⁴⁵ nagybátya.



— **Caupo**,¹ quot dolia² cervisii³ divendis in die?

— Quina, rogo humillime.

— Nolis decem divendere?

— Super omnes beatus sim, si huius rei arcana⁴ mihi prodas.

— Da hospitibus⁵ pocula plena!

Fr. Csaykovics.

— **Pituitā**⁶ affectus sum, medice. Quid me iubes?

— Sudarium.⁷

Lotophagos.

Quam sublimis scientia est cognitio⁸ siderum!⁸

Haud crediderim. Inspice fastos⁹ et tu quoque defectionem¹⁰ solis et lunae similiaque praedicere poteris.

L. Bródy.

Magister. Quando est occisus Iulius Caesar?

Discipulus tacet.

M. Quando est imperium Romanum deletum?¹¹

D. tacet.

M. Quando coepit regnare Carolus Magnus?

D. tacet.


M. Quando occupaverunt maiores nostri hanc terram?

D. tacet.

M. Ne ullum quidem annum memoriae¹² mandasti?¹²

D. Annos meminī, domine, sed nescio, quid quoque anno factum sit. *Z. Hajós.*

¹ korcsmáros ² hordó ³ sör ⁴ arcanum = titok ⁵ vendég ⁶ nátha ⁷ zsebkendő ⁸ csillagászat ⁹ naptár ¹⁰ fogyatkozás ¹¹ megdönt ¹² könyv nélkül tanul.



I.

Societas pro coena 80 coronas solvit. Quot erant viri, quot feminae, quot pueri, si viri quaternas, feminae ternas, pueri binas coronas solvebant?

G. Totis.

II.

In mea classe duae factiones¹ sunt: prima validior² est, quam altera. Sed si quattuor discipuli factionem validiorem reliquerint, aequales erunt; si autem quattuor e factione debiliore³ defecerint,⁴ factio validior duplo maior erit, quam factio debilior. Quot discipuli sunt in mea classe?

Fr. Popu.

III.

Quattuor dividunt inter se mille nummos hac⁵ lege,⁵ ut quoties primus capit binos, toties secundus capiat ternos; quoties secundus quaternos, toties tertius quinos et quoties tertius senos, toties quartus septenos nummos accipiat. Quantum quilibet capiet ex tota summa?

Sphina.

IV.

Me nihil est utilius, tamen maximis afficior cruciatibus:⁶ verberor,⁷ conteror,⁸ tum per aquam et ignem mittor. Quis sum?


E. S. F.

V.

Totum est animal natans; si demperis⁹ primam litteram, natabis; vocabulo inverso¹⁰ non sum aegrotata.

F. Kállay.

VI.



1 párt 2 erős 3 gyöngye 4 elpártol 5 oly föltétellel
6 kínzás 7 ütlegel 8 szétzúz 9 elvesz 10 megfordít

VII.

Pecuniam meam duplico. Ex hac summa absumo¹¹ duas coronas. Reliquum duplico et alteras duas coronas absumo. Summa iterum duplicata absumitur. Quantum pecuniae habui?

L. Zoufaly.

¹¹ elkölt.

Solutiones aenigmatum numeri 10.

I. NAVIS, AVIS, VIS, IS, S. — II. Sanguis—anguis. — III. Sodales: 70, pretium: 380 coronae. — IV. Usus magister optimus. — V. 68. — VI. Cor—i—o(l)la—n—(s)us = Coriolanus.

Recte dissolverunt aenigmata: St. Barabás, T. Blantz, St. Bródy, S. Brudermann, A. Cseh, I. Csutor, F. Dalnoki, M. Dávid, C. Dégay, L. Dénes, I. Dicity, A. Eisinger, L. Engel, Eug. Fábíán, P. Freund, F. Galambos, F. Guth, F. Gyurovics, St. Haas, Z. Hajós, L. Hegyessy, L. Heigli, L. Helmrich, P. Hochsinger, F. Holló, I. Jaczkó, A. Kármán, S. Kis, E. Klein, C. Kollár, C. Kováts, L. Kóvári, N. Krasznai, St. Lafranko, A. Manovill, Eug. Maros, V. Milovánovics, St. Molnár, I. L. Nagy, fratres Naschitz, K. Németh (*tarde*), G. Pálffy, St. Petrás, L. Poic, G. Pröhle, Eug. Rákosi minor, I. Reisich, G. Rédei, F., Rothausser, G. Schaffer, C. Schubert, H. Strélinger, T. Sugár, A. Szabó, I. Szendefi, G. et. A. Szinner, D. Takácsy, A. Tamássy, Fr. Totis, A. Tóth, C. Vavrinetz, D. Vidats, S. Végh, I. Vitéz, E. Voglhut, A. Wahlner, I. Wall, A. Weisz, I. Weisz, L. Weiszburg, I. Willer, T. Winkelhoffer, P. Winkler, F. Wolf, Eug. Zala, A. Zolnai, L. Zoufaly, E. Zwillinger, I. Zsédely. M. Dick, A. Lukács, L. Majrovits, I. Sorger, A. Spiegel. Praemium Eugenio Rákosi minori adiudicatum est.



I. Szűnyog. Aenigmati arithmetici, quod subtile videtur, mittas mihi solutionem. — Manovill. Aenigma iam prodiit in numero 2. anni superioris. Alterius mihi interpretationem Hungaricam mittas, ut totum clare perspicere possim. — Mariophilus Agriensis. Bene scribis latine, sed timeo, ne inveniantur, qui nos nomine altissimo abuti arguant. Ob eam causam aliud rogo. — C. Kollár. Quomodo aenigma tuum delineari vis? — I. Vörös a Töreý. Fac ad me venias, si poteris. — Calaphages (?) (Constantinopoli.) Libenter tua insero. De reliquis proxime.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.